



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**

Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

X. Fructus eius operâ de reliquâ ciuitate collectus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

instituto, reliquos iam coactos edocebat, maxima multitudine concurrente, ac stupente populo, quantum Societas in instituendis suis prolibus laboris susciperet. nam ipse quotidie quattuor ferè horas in id muneris insumebat. Hæc à Gaspare initio instituta non auidius arrepta sunt, quàm tenaciùs conseruata: nam ab his ferè initijs ea, quæ adhuc India videt, emanarunt.

CAPVT X.

Fructus eius operâ de reliqua ciuitate collectus.

IVVENTVTEM Gaspar curans serebat arbores, quæ alteri sæculo prodesse: sed non ideò tamen putare ramos inutiles, & ceterarum Ecclesiæ plantarum curam negligebat. Imò nihil non audebat, & quod admirabilius est, nihil non perficiebat. Ei⁹ rei causam sibi quaddã die apud Ludouicũ Froez passus est elabi, cum rogatus, quomodo tam difficilia perficeret, respondit, quod

quod nihil nisi consulto Deo aggredere-
deretur; ac tum quidem eorum om-
nium quæ auctore Deo cœperat,
nihil vnquam non esse ad felicem
exitum perductum. Tanti refert ho-
minem sibi diffidentem in solo nu-
mine confidere; cui tamen ita con-
fidebat, vt nihil à se industriæ aut
laboris sineret postulari: nam vbi a-
liter non poterat, ita erat importu-
nus, vt nihil omninò non tentaret.
Eius rei exempla subijciam, quæ tū
Goæ contigerunt.

Vir erat nobilis, sed idem scele-
ratus; diu Gaspar eum ad confiten-
dū frustra pellexerat. Quid igitur?
non tamen idcirco hominem dese-
ruit, sed eò magis vrgere statuit, quò
extremam eius necessitatem diui-
nitus, vt ego potius quàm fortuito
arbitror, præsentiebat. Itaque ho-
minem quadam die ex pulpito in
concione aesse aduertit. Ea mox
absoluta, ne fortassis elaberetur, so-
cium mittit, qui rogaret vt tantis-
per expectare ne grauaretur, dum
se Gaspar, vt solebat à concione
colle-

*Gaspar
hominē
nobilem
mox mo-
viturum*

colleg
cessar
libent
exspe
tò, du
labati
nem a
eo exi
fessio
simū
uerfa
demu
inqui
confe
adem
hoc s
inqui
defect
mūm
par ho
fissim
eructa
in pos
onis l
ille d
dixer
set, re

collegisset; habere illum quæ ne- ^{ad com-}
cessariò cum illo communicet. Ac ^{fessionem}
libenter ille quidem futuri nescius ^{cōpellit,}
expectabat: Gaspar verò consul-
tò, dum concio diffluxisset, præsto-
labatur; qua deinde dimissa, homi-
nem adit, & subitò ait se nò aliud ab
eo exigere, quàm peccatorum con-
fessionem, qua sciret eum hoc potif-
simùm tēpore indigere. Ille tergi-
uersari ac differre; Gaspar urgere:
demum vbi aliter non potuit; Sane,
inquit Gaspar, hinc non abibis nisi
confessus; atqui in eum finem iussi
ædem obserari. Tum ille causatus
hoc solùm, se imparatum; Nihil,
inquit Gaspar, agis: possum hunc
defectum quærendo supplere. De-
mùm ille coactus annuit, & Gas-
par hominem audiens, cum iã cras-
sissima, quæque maximè horrebat,
eructasset, vt intentiùs se pararet,
in posterum diem dimisit, absoluti-
onis beneficium tunc promittens;
ille deuorato pudore, ne quæ iam
dixerat, frustra & sine fructu dixis-
set, redit postero die, atque iterum
iussu

iussu Gasparis tertio: tum denique expiatus, paucis post diebus cum classem conscendisset, moritur, mirè lætus, quòd à Gaspare in cælum, ut meritò sperabat, compulsus fuisset intrare.

¶ Alius erat è grege miles, nescio cui peccato illigatus, à quo cū nulla Gasparis admonitione resiliret, viginti cum eo pardais pactus est (quos eleemosynæ nomine conquirit) ut ab eo deinde sese contineret. Nec constantior erat quàm solertior; planè in omnem videbatur occasionem intentus, atque ita venabatur, nulla ut eum fera effugeret. Ac sanè videri poterat nihil aliud animo versare, quàm de proximo bene merendi occasiones. Ianitor Collegij iussu Gasparis pro nostra tenuitate pauperibus aliquid quotidie distruebat; voluit illum ad eos de re aliqua pia familiariter verba facere, Christianæ fidei capita necessaria explicare, ne in corpus esset quàm in animum benignior. Et sanè res est imitatione, non

appro-

approbatione solum dignissima:
 nam conciliatis iam presenti bene-
 ficio animis, facile est quidquid vo-
 lueris persuadere. Alius quidam è
 fratribus, Antonius Fernandez di-
 cebatur, cum in magnam Saraceno-
 rum ac Gentilium seruitiorum tur-
 bam, (ea erant Regis mancipia) o-
 tiosam incidisset, rogauit, ecquis
 eorum vellet fieri Christianus? ac
 deinde magno animi feruore ad
 eos de fide nostra verba fecit. Et in-
 censo fratris desiderio Christus ad-
 fuit: nam domum bene comitatus
 rediens, & ad Gasparem mirè lætus
 accurrit, habere se quadraginta vi-
 ros, qui simul omnes cuperent sa-
 cris nostris initiari. Lætus ea re Gas-
 par, quotidie sub vesperum eundem
 cum alio Christophoro à Costa, ad
 eum vel similem locum submitte-
 bat, vt iactò diuini verbi reti, pisciũ
 quantam Dominus daret multitu-
 dinem concluderent; & frequenter
 non soli domum redibant. Erat ali-
 ud præterea, quod in eadem ciuita-
 te Gasparem angebat: tanta mere-
 tricium

340 VITAE GASP. BARZAE I
tricum in publico lupanari multi-
tudo. Ad eas igitur iuuandas animū
adiecit. Et quanquàm initiò in suis
sordibus obfirmatæ iacerent: con-
stantiatamen Gasparis earum per-
cinaciam vicit, atque breui ad cen-
tum conuertit, earumque deinde
pudicitiam, vel maritis custodien-
dam, vel matronis spectatæ virtutis
commendauit. Summoperè autem
curabat, ne inopiâ ad scelus adige-
rentur, & frequenti piorum nume-
rum exercitatione foedas illis ex a-
nimo species eximebat; tum verò
concionibus adesse iussas sæpè cum
reliquis in suorum criminum de-
testationem & lacrymas exciebat.

CAPVT XI.

*De Gasparis eo tempore con-
cionibus.*

NON iam ago de multitudine
concionum, ac varietate, sed
de fructu & approbatione.
Concionabatur, vt sæpè dictum est,
penè continuò. Itaque quodam die
visus